



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Iursidictio spiritualis, per laicum praescriptione acquiri non potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

que metallorum fodinis, de molendinis, & furnis, mercede mercenariorum, ac de omni artificio, negotiatione, & lucro, ac aliis; de quibus per Host. in *sum. de decim. eod. n. 5.* & copiose Monet. *dicto capitulo quarto, eodem titulo, per totum.*

22 Quæri nunc potest, an iudex secularis cognoscere possit de causa decimarum; & est distinguendum, quia, aut agitur de quæstione facti tantum, & non juris, ut de summario possessorio; & tunc iudex secularis erit competens, non jure suo, sed favore ecclesiæ, cum agatur de sola executione in favorem ecclesiæ. Feder. de Sen. *conf. 245. n. 3.* Felin. in *c. causam, n. 15. de prescript. Rebuff. quest. 10. nuu. 3.* & Monet. *q. 8. num. 13. de dec.* Secundò, erit competens iudex secularis, quando agitur de facto, vel de furto decimarum, vel executione, Fed. in *d. conf. 245.* & Rebuff. *eod. n. 3.*

Tertiò, quando tantum agitur an decimæ sint solutæ, quo casu poterunt clerici coram iudice seculari laicos solutionem decimarum recusantes compellere, Covarr. *pract. quæst. c. 35. num. 21.* Rebuff. *eodem cap. 10. num. 4.* & Monet. *eod. c. 8. num. 5. de decim.* & quocunque casu non privativè ad iudicem ecclesiasticum, sed erit in arbitrio clericorum, quem velint ecclesiasticum, vel secularem iudicem adire, & erit locus præventioni, Feder. *eod. conf. 245.* ita quòd in dictis casibus ecclesiastici habebunt duos iudices, Felin. in *d. cap. causam, num. 25.* & melius Covarr. *eodem num. 2.* quem sequitur Monet. *dicto cap. 8. num. 14.* Si verò de jure exigendi decimam tantum agatur, illud jus in laicum cadere non potest, & qui tale jus

sibi usurpat, sacrilegium committit: quia rem sacram sibi contra sacros canones, & jura sumit, & arrogat; decima enim est res spiritualis, & sacra, ut inquit Abb. in *cap. adhuc, num. 2. de decim.* & Azor. *eodem l. 7. cap. 34. sub vers. septimò queritur,* & ideo ad iudicem ecclesiasticum cognitio spectat. gloss. in *c. ex tenore, in ver. Ecclesiarum, de for. comp.* & Rebuff. in *dicto tract. de decim. quest. 10. num. 2. & 35.* & jurisdictione spiritualis per laicum, nec præscriptione acquiri potest, *cap. causam qua, de prescript. cap. prohibemus, de decim.* & Azor. *dicto l. 7. institut. morab. cap. 36. vers. quarto queritur.*

Decimarum causæ tribus remediis possessoriis agitari possunt.

24 Primò remedio retinendæ, quando quis est in possessione illas percipiendi tempore, quo lis movetur, in qua est manutenuendus, s. *quorum, vers. hodie, instit. de interd. cap. licet causam, §. fin. vers. cum ergo, de probat.* Bart. in *l. 1. §. hujus autem, num. 1. ff. ut possi. & in l. 1. C. eodem titulo, Ruin. consil. 106. num. 1. vol. 5. Corn. 113. n. 1. vol. 1.* & hoc remedio retinendæ, vel interdicto, uti possidetis, statim quòd quis adeptus est beneficium, & inductus in possessionem, licet adhuc nullas receperit decimas, agi potest ad decimas, in quarum possessione prædecessor existerat, quia per inductionem in possessionem beneficium efficitur possessio omnium rerum & juris sui Ecclesiæ, Rebuff. *q. 9. num. 3. & 5.* & Monet. *quæst. 8. num. 30. & 31. de decim.* Nam in acquisitione possessionis non requiritur adeptio possessionis omnium prædiorum, & glebarum, *l. 3. in princip. ff. de acqu. poss.* sed in beneficiis sufficit apprehendere possessionem

bene-